5 *Subditi nullo tempore præscribunt obedientiam domino. in c. cum non liceat. nu. 1. & 13. de præscrip.* 35. & seq.
7 *Subditus qui certo casu potest dispensari per dominum, non intelligitur de casu qui obuenit antequam esset subditus, nisi de hoc expresse caueatur. in c. cum illorum. nu. 3. & 4. de sent. excom.* 265
7 *Subditus, siue sit monachus vel quicunque si accusatur, potest superior comparere pro suo interesse, & immo etiam tertius in fauorem reipub. potest admitti ad defensionem accusati absentis. in c. illa præpositorum. nume. 4. de accusat.* 66
¶ *Corset. Quo ad primum dictum adduco, quod voluit Ioan. And. in fi. in cap. licet causam, quem refert, & sequitur ibi Abb. nume. 13. versic. vlti. not. de probat, & quod voluit Innoc. in c. dilecti. de appel. & glo. in c. authoritate Martini. de consef. præben. lib. 6. & Bart. in l. 1. §. fi. ff. de iniu. vbi disputat, an competat actio domino pro iniuria illata subdito, seu vasallo. alleg. Innoc. in d. c. dilecti facit, quod voluit Bald. in rubr. de cau. poss. & propriet. & in c. 1. de restitut. spoliat. & in l. 1. in 32. g. ff. de rerum diui. & in c. 1. & in §. 2. de lege Conra. & in l. Imperialem. §. præterea. de prohib. feu. alie. per Feder. Hosl. in c. auditis. de præscript. Innoc. in c. fi. de maiorita. & obed. Dom. meus in c. deputati. de iudi. per illum tex. vide text. & ibi Do. Domi. in c. ad Apostolicæ. de re iud. lib. 6.*
7 *Subditi habent præsumptionem pro eis, quòd quicquid faciant, pro domino faciant coacti. in c. quod latenter. nu. 2. de veg iur.* 283
5 *Subditus ab alio iniuste detentus, potest a domino repeti. in cap. dilectis. nu. 4. de appellat.* 144
5 *Subditus tenetur obedire superiori, licet ipse ob hanc appellauerit friuole. in c. cum parati. nu. 17. de appel.* 117
7 *Subditus si accusauerit suum prælatum superiorem de crimine, non potest aliter acculatus, vel denunciatus inchoare aliquod negotium cum subdito, per quod impediatur principalis negotijs prosecutio. in cap. olim. nume. 1. de accusa.* 90
3 *Subditus non tenetur respondere domino super causa priuilegiata. in c. cæterum. nu. 4. de iud.* 20
6 *Subiectus respectu veniendi ad aliquem actum, præsumitur quis quando' pluries vocatus venit. in c. dilectus. nu. 8. de capel. mona.* 218
7 *Subiectus alteri non potest legitimatione filij alicui se subijcere, in c. per venerabilem. nu. 11. & 23. qui fil. sint legit.* 51. & seq.
2 *Subijciens se gratiæ, misericordiæ, aut voluntati alterius, quid operetur ista submissio. Ant. in c. veniens. nu. 5. de renun.* 38
5 *Subscribere debet quis se manu propria. si scit scribere, alias secus. in c. cum inter. nu. 18. de re iud.* 72
6 *Subsidium charitatiuum, an & quo casu possit cogi subditi ad soluendum Episcopo. in c. cum Apostolus. nu. 5. de censi.* 233
Subsidium charitatiuum non potest peti ab inferiore prælato, quam sit Episcopus nisi consuetudo aliud obseruet. ibid. nu. 6.
6 *Substantia actus si consistit in pluribus, requiruntur omnia illa plura, & vnus sufficit. si vnum interueniat, alias actus ruit. in c. non vt apponeres. nume. 3. de baptis.* 251
7 *De substantia dicitur id sine quo actus subsistere non potest. in c. tua nos. nume. 10. de spon.* 12
7 *Substantia quid sit. in c. si. nu. 4. de condi. appo.* 24
2 *De substantia alicuius quis dicatur. in c. inter corporalia. nu. 11. de translat. Episco.* 4
6 *Substitutio compendiosa facta per verbum commune posti pubertatem, trahitur ad fideicommissariam. in c. Raynutius. nu. 6. de testa.* 144
Substitutio compendiosa potest fieri sine illis verbis, quandocunque & c. sed potest fieri si absque liberis decederet. ibid.
Substitutionis species quod sint, & earum exempla. ibid. nu. 14. 145
Substitutio compendiosa facta a milite, an posti tempus pubertatis quo ad bona filij matre existente in medio trahatur ad fideicommissariam. ibidem nume. 16.
Substitutio compendiosa facta a pagano per verba directa filio impuberi intra tempora pubertatis valet iure directo. posti vero, vt fideicommissaria, licet Legistæ teneant, quod extinguatur. ibid. nu. 17. & 21.
Substitutio compendiosa facta a pagano per verba communia intra tempus pubertatis est directa. posti vero est obliqua. ibid. nu. 18. & 20.
Substitutio compendiosa facta a pagano per verba obliqua omni tempore, est fideicommissaria. ibid. nu. 19.
1 *Substitutio facta filio si decederet sine filijs ab Episcopo legitime procreatis expirat, si filius ingrediatur monasterium. an repet. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 35. de constitu.* 38
6 *Substitutio facta de patre, & filio non censetur facta ordine successiuo, sed vt æqualiter & eodem tempore eueniant. in c. Raynu. nu. 5. de testa.* 144
¶ *Corset. Vtrum per ista verba, instituo Titium hæredem, & si sine liberis decesserit, substituo ei Sempronium, an liberi Titij uideantur uocati ex testamento, adeo quod filij sint in dispositione, & non in conditione. Et argumentabor primo ad partem affirmatiuam, deinde ad partem negatiuam,*

tertio. subnectam ueram, & magis communem opinionem. Primo, quod dicti liberi ueniant ex dispositione testatoris, arguo sic. uerba enunciatiua, & conditionaliter prælata dispositionem inducunt ita probatur. in l. 2. ff. de colla. bono. Secundo probatur per l. unum ex familia. §. fina. ff. de legat. 2. ubi uerba enunciatiua relata ad hæredem ipsius expresse non important fideicommissum, tamen sufficit, quòd importent coniecturatiuæ, ita ergo in proposito uerba fideicommissariæ substitutionis relata ad hæredem, quamuis expresse non sonent in fideicommissum liberis esse restituendum, tamen quia uidentur fauore eorum uerba prolata, debent tacite intelligi esse uocati per fideicommissum. Tertio probatur parte uidetur casus apertus. in l. Lucius. ff. de hæredibus instituendis. ubi est expressum, quòd testator grauans fratrem restituere hæreditatem sub conditione, si decesserit sine liberis, a contrario sensu, scilicet liberis existentibus censetur illos prætulisse. substituto. scilicet ut liberi iure fideicommiss. ueniant ad hæreditatem ipsius fratris testatoris, non autem ut ab intestato succedant eorum patri, & probatur aperte in dict. l. Lucius. cuius uerba hæc sunt. nam prudens consilium testantis animaduertit non enim fratrem solum hæredem prætulit substitutis. sed etiam eius liberos. Quarto probatur, qui illa uerba si sine liberis decesserit, substituto &c. habent a contrario sensu ablatiuos absolutos in se l. a testatore ff. de conditio. & demonstratio. sed ablatiui absoluti prolati ab eo, qui habet potestatem grauandi, inducunt fideicommissum. l. fideicommissum. §. cum esset. ff. de legat. 3. Quinto probatur per l. ex facto. ff. ad Trebellianum. ubi si mater filium instituat, & grauat de restituendo hereditatem Titio sub conditione, si ipse filius sine liberis decesserit, & filius postea in insulam deportetur, & liberos suscipiat si quæratur, an excludatur fideicommissarius per tales liberos, distinguitur ibi, aut isti liberi fuerunt concepti ante deportationem, & excluditur fideicommissarius, aut post deportationem, & tunc secus. Ergo sequitur, quòd tales liberi uocantur ex testamento per fideicommiss. ad hæreditatem illæ eorum matris testantis, non autem uocantur solum ad hæreditatem acquisitam a patre, quoniam si uocarentur solum ab intestato ad dictam hæreditatem acquisitam patri, iurisconsultus ibi non feciss illam distinctionem, immo præcise respondisset negatiue, scilicet quod liberi ipsius deportati non excluderent fideicommissum, quia illo iure deportatus non poterat habere hæredem ex testamento, nec ab intestato. l. deportati. C. de bonis dam. l. deportatorem. C. de pœn. Sexto de hac quæstione uidetur casus non cauillando literam. in l. filius famil. §. cum quis. ff. de legat. 1. ubi formaliter dicitur quod si quis sit rogatus per fideicommissum restituere si sine liberis decederet, quod si superuixerint liberi, patris conditio, uidetur defeciss, & sic fideicommissarius excludetur, nec quæritur, an sint hæredes patris, ex quo infertur, quod liberi extantes ueniunt iure fideicommissi, quoniam si uenirent ut hæredes patris ab intestato, non possint hæreditatem paternam repudiare, scilicet quatenus hæreditas paterna continet bona dicti testatoris grauati, & in l. 1. & 2. C. de acquirenda hæreditate. cuius tamen contrarium aperte dicit ille text. Septimo probatur per l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. cum auus. ff. de conditio. & demonstra. in quibus dicit, quod quando auus instituit filium, & grauat eum de restituendo per fideicommissum tertio posti mortem ipsius filij, intelligitur grauasse sub tacita conditione, si decesseris filius sine liberis, unde si liberi extant, ueniunt ad hæreditatem excluso substituto ex præsumpta uoluntate testatoris defuncti, quę est, ut nollit in sua hæreditate extraneos suis descendentibus preferre. Intelligitur ergo, quod isti liberi ueniant per fideicommissum, si enim uenirent iure institutionis ab intestato, cum non excluderent substitutum ex tacita mente testatoris, sed ex tacita uoluntate patris, quæ est si ab intestato decedit, quod uideatur uelle ad eius hæreditatem uenire proximiores. l. conficiuntur. & l. si quis cum nullum. ff. de iure condi. Sicut ergo in casu d. l. cum acutissimi. hoc operatur illa subintellecta conditio, si decesserit sine liberis, illud idem operatur in casu nostro expressa argumen. l. cum quid. ff. si cert. petat. & l. triticum. ff. de uerborum obligationibus. Octauo facit optimus text. in l. pater nubenti. ff. de do. colla. ubi uideatur casus expressus, quod pro fideicommissarijs sumitur argumentum a contrario sensu, & sic a contrario sensu conditionis resultat dispositio legati, seu fideicommissi. Ita ergo in proposito, si cum liberis decedat inducitur fideicommissum restituendum liberis, ex tacita mente testantis, facit etiam tex. in l. 1. C. de condi. infer. ubi illa conditio, si sine liberis decedat, deficit propter nepotem, ad quem hæreditas testatoris fuit deuoluta, & hoc non nisi ex tacita uoluntate testantis uolentis nepotem ad hæreditatem suam uenire, & hanc opinio. tenuit Bald. in l. 1. in lectu. antiqua. C. de condi. infer. & idem tenuit ibi Salice. post Oldrad. & Ludoui. Roman. in l. si cum dotem. in princip. ff. solu. matrimo. Nono hoc idem probare uidetur per nota. per Bartol. in l. Gallus. in princip. ff. de liberis & posthumis. & in l. si quis eum. §. 1 ff. de uulga. & pupilla. & in l. coheredi. §. fina. per illum text. eod. titu. ubi concludit, quod per hoc uerba conditionaliter prolata, si filius meus me uiuo moriatur, nepotem instituo, uidetur esse, filius institutus, ita dicamus in proposito nostro, quod filij intelliguntur uocati ex tacita uoluntate testatoris. Decimo prædicta conclusio probatur per l. etiam. §. liberis ff. de bon. lib. ubi text. dicit non male uideri testamentum liberum si scripserit, si filius meus me uiuo moriatur patronus hæres esto, ergo uidetur ibi a contrario sensu conditionis induci institutionem, & sicut filius institutus censeatur, ut uidelicet hæres sit, si testante uiuo non moriatur, alias enim secus si diceremus testamentum fuisse nullum, ex quo filius reperiret si præteritum, ut in l. 1. ff. de iniust. rup. & irri. testamen. Vndecimo probatur per nota. per Bartol. in l. si fi-

liue.

lius. ff. ad Tertullianum. & in pluribus consilijs per eum redditis. & Bald. & Salic. in l. fi. C. de libe. præter. vbi concludunt, quòd statuto disponente, quod statinbus masculis fœmina non succedant, quod licet verba adiecta casus inducant conditionem, vt in l. a testatore. ff. de condi. & demonstra. & in l. in ratione. la 2. § tam & si. ff. ad leg. Falcid. & in l. Sticho libertas. ff. de statu libe. & in l. unica. C. quando non pe. par. masculi tamen intelliguntur per illud statutum uocati, quoniam excluso fœminarum est conclusio masculorum, vt traditur in dictis locis, & per Bal. in l. 2. C. de in ius uoc. Sic etiam in terminis nostris, si sine filijs decesserit, per quæ verba tam prius quàm ultimo loco substituti videntur lege exclusi, & prædicti filij videntur tacite uocati, si supersunt, ex quo ipsos prædilexisse videtur parum enim prodest substitutos excludi ab hæreditate instituentis per superexistentiam filiorum, nisi filij superextantes alicui ex institutis ad hæreditatem uocarentur, facit quod no. in capitu. post mortem. §. liberi. ff. de contrahabu. Duodecimo probatur, quod licet alias testator quomodocunque in testamento loquatur, & aliud velit, vel quod omisserit uoluntatem, & ipsius indicium ex coniecturis interpretamur, & præcipuè in substitutionibus, vt in l. cum proponebatur. iuncta glo. ff. de legat. 2. & per ea quæ traduntur per Bartol. in l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legat. 1. lex verbum directum ex coniecturata mente testatoris facit obligari. l. Scæuola. & l. ex facto. in princip. ff. ad Trebellianum. & l. filius fam. § vt quis. ff. de legat. 1. Licet ergo testator verbis non expresserit ipsos filios ad hæreditatem eos uocando, sed folum dicendo si sine filijs decesserit, tamen ex coniecturata mente ipsius testatoris censentur uocati, facit etiam quod not. per Iac. But. & Bald. in l. Scæuola in l. Gallus. § quidam recte. ff. de liberis & posthumis. & in l. si alij. ff. de ususu. le. nam talis coniecturata uoluntas testatoris regulat conditiones, vt de sui natura suspendentes, & non suspendentes eccle. vt in l. uter ex fratribus. ff. de condi. instit. & ibi per glo. in l. in executiones. §. fin. ff. de uerb. obligatio. & in l. cum auus. ff. de condi. & demonstra. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss cum simil. Tertiodecimo pro prædicta conclusione videtur casus in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. ibi dum text. dicit, non esse verisimile patrem, si de nepotibus cogitasset, talem fecisse substitutionem humanitatis intuitu hoc latius, & pinguius interpretandum esse credimus, & c. & ibi nulla liberorum eorum conditione facta, & ibi intellige euanescere substitutionem, ex quo ipsi filij intelliguntur a testatore uocati, vt in l. si Titio. §. Iulianus ff. de legat. 2. & plenè per Bartol. in l. 1. ff. de vulga. & pupilla. Si ergo in terminis illius. §. vbi uerba prædicta non sunt apposita. l. si sine liberis decesserit, tamen intelligitur a testatore per fideicommissum uocati. fortius hoc est in terminis nostris, in quibus talia uerba fuerunt expressa a testatore, quia expressa magis debent operari, vt in l. continuus. § cum ita. ff. de verb. obligatio. & uerba sic latius patent, argumen. l. non aliter. ff. de legat. 3. ad quod accedat id, quod dixi in septimo argumento. Decimoquarto facit casus singularis secundum Bartol. ibi, in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. 2. vbi testator rogauit, vt ille qui vltimus ex hæredibus decederet, restitueret fundum, quod in illo fundo videtur tacite substituisse omnes hæredes, ita in casu nostro videtur substituisse filios. Quintodecimo facit. quod not. Ange. in dict. l. 1. C. de condi. infer. vbi dicit, quod ista verba, si sine liberis decesserit, adiecta grauato, semper videntur excludere substitutum, quia gratia liberorum videntur adiecta secus si apponerentur in personam tertij, quia tunc nullo modo uocantur ad hæreditatem testantis, vt l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellianum. Sextodecimo facit, quod in dubijs opinionibus æquiorem, & humaniorem sequi debemus. l. proximo. in verbo, sed in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius. ff. de his quæ in testamen. delen. facit l. benignus. ff. de legibus. & l. ea quæ. §. in re dubia. ff. de regulis iuris. cap. fina. de transact. cum simil. Sed opinio, quæ inuitat istos filios uenire per fideicommissum, est æquior, quam contraria, ergo illa est sequenda, & quod sit æquior, ita tenet Domi. Ioan. de Imo. in dict. l. Lucius. ff. de hæredibus instituendis. optime faciat quod habetur, & not. in capitu. 2. in verbo, humanius. de cognatio. spiritua. vbi Doct. post Hostien. dicunt, quod vbi Doctores in aliquo articulo sunt varij, sequenda est opinio humanior, rationabilior, & æquior. hanc opinionem secutus est Pau. de Cast. consi. 234. incipien. dubitatio vertitur dicti quondam Franc. vbi refert Bald. in dict. l. 1. C. de conditio. infer. in reportatis antiquis tenet contra glo. dict. l. Lucius & ibi dicit, quod ista sententia semper videtur fuisse fundata rationibus, & subdit quod glo. dicta l. Lucius. loquitur ex capite suo, & quod nihil allegat. vnde succedit doctrina tradita per Bal. in l. respublica. C. ex quibus can. maio. quod quando glo. nihil allegat non debet ei credi, argumen. l. illam. ff. de colla. & in Authen. de trien. & semif. §. consideramus. vbi erubescimus, quotics sine lege loquimur. Nam omnia quæ dicimus, aut lege, aut ratione aut authoritate probare debemus. 9. distin. c. ego solis. 76 distin. c. deinde ac sententiam videtur approbasse. Bart. in l. liberorum. in 1. q ff. de verb. signific. vbi allegans. dict. l. Lucius. dixit quod quando testator substituit filium si decesserit sine liberis videtur voluisse prouidere filijs filij & sic non est verum quod dixit glo. in d. l. Lucius. quod illi filij videantur uocati ab intestato. & idem consuluit Ludoui. Roma. in consi. 34. incip. visa municipali constitutione, & fundat se per tex. in d. l. Lucius. & allegat ad hoc casum in d. l. filius fam. §. cum quis. ff. de legat. 1. & tex. in l. ex facto. § si a contrario sensu. ff. ad Trebellianum. vel dici potest, quod isti liberi saltem dicantur substituti tacite saltem restitutione tacita legali, & ad hoc adduco Bened. de Plum. in repet. l. si cum dotem. ff. solu. matri. vbi concludit liberos, seu nepotes in conditione positos admitten-

dos. saltem legis dispositione propter coniecturam mentem testatoris. sicut alias dicitur. in d. l. cum auus. & in d. l. generaliter. §. cum autem. cum potestatem renouandi alienata, argumen. l. fœminæ. C. de secun. nup. vt ibi latius per eum, qui hunc passum plene disputauit pro hoc etiam facit, quod in fortiori casu consuluit Bal. in consi. suo incipien. D. Petrus instituit Paulum filium suum. & suos hæredes post mortem uxoris cui reliquit usumfructum. & si Paulus decesserit sine liberi, substituit alios, & casus cuenit, quod testatore mortuo decessit uxor, & Paulus cum filijs, quod certe filij Pauli potuerunt istam hæreditatem tenere, & ad illam ex fideicommisso venire, & quod uigore dictorum verborum si sine liberis decesserit, non tenebatur dicti filij Pauli adire hæreditatem ipsius Pauli, & quod ipsi filij dicti Pauli positi in conditionem non tenebantur creditoribus Pauli, & quod potuerunt illam defendere uigore fideicommissi ex dicta substitutione resultantis per dict. l. filius fam. § cum quis. & d. l. ex facto. § si. per Iac. Areti. & Oldrad. in d. l. 1. C. de condit. infer. & in dict. l. Lucius. in dict. l. Titia cum testamento. § si ea conditione. ff. de legat. 2. & in l. Gallus. § 1. ff. de liber. & posthumis. hanc partem tenuit Dom. Franc. de Albergotis, Are. præd. l. Lucius etiam Do. Fran. in l. 2. § si duo. ff. collat. bono. & in l. peto. in princ. ff. de legat. 2. & secundum hanc partem consuluerunt nonnulli Doctores Perusini Senenses, & Bononienses, quos refert Dominus Marianus Socinus in quodam suo consil. incipiente, prædicta consultatio continet materiam subtilem & difficilem, & refert Oldrad. in consil. 21. cuius consilio de verbo ad verbum refert Ioan. Andr. in additio. Specula. in titu. de testamen. § 1. in fine. licet nullum mentionem faciat de Oldrad. videtur enim velle Ioan. Andr. tales uocari ex tacita uoluntate, non expressa, & dicit eam sentire Bartol. in dict. l. Lucius. & Bald. in l. 1. C. de condit. infer. in antiqua lectura, quamuis Oldrad. non ita clare loquatur. ita ipsum intelligit Roman. in dict. l. si cum dotem facit quod voluit Bartol. posl Cyn. in l. ex tribus. C. de inofficioso testamento. hanc opinionem etiam tenuit Rapha. Cuma. in dict. l filius fam. § cum quis. quod videantur filij substituti, licet positi sint in conditione per text. ad hoc notabilem. in l. inter socerum. § cum inter. ff. de pact. dota. & sic dicit, quod licet filij non velint, vel non possint esse hæredes patris, tamen possint venire ex fideicommisso a testatore vel tacite relicto, accedant etiam ad hoc consilium Petri de Ancharan. in ordine. 71. incipiente contra Philippum, faciunt scripta per Bartol. & Bald. in dict. l. Lucius. posl glo. & hæc quo ad partem affirmatiuam. Sed pro parte negatiua arguitur sic, & primo quæ sunt in conditione non sunt in dispensatione, vnde conditionalia dispositionem non inducunt, vt in l. cum in testamento. § hæc verba, & in l. ex facto etiam agitato. ff. de hæredibus instituendis. & in l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. & in l. Lucius la secunda. & ibi glos. fina ff. eodem. & in l. quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. & in l. vel singulis. & in l. qui duos. & in l. si pater filio impuberi. ff. de vulga. & pupilla. & Institu. eod. titu. § vel sing. & in l. qui duos. ff. de rebus dubijs. & præsertim. in l. si quis ita instituat hæres, si legitimus. cum glo. probatur per illa verba, si legitimus hæreditatem meam uendicare voluerit, Titius hæres esto, non uidetur legitimus hæres nocatus ex testamento, sed ab intestato, quia fuit nominatus in uim conditionis, & non in uim dispositionis, & ad hoc bene facit etiam dict. l. ex facto etiam agitata. Secundo prædicta conclusio uidetur probari per text. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellianum. ubi filij naturales quos constat esse insuccessibiles, ut in l. 1. C. de natur. liber. & in authen. quibus modis naturales efficiuntur legiti. & in l. si spurius. & in l. hac parte. ff. unde cog. faciunt deficere fideicommissum. Tertio uidetur probari per text. in l. generaliter. in princip. in uerbo. cui enim serendus est intellectus. ibi dicit liberos eius omni pene fructu paterno defraudari. C. de institu. & substitutio. subcondit. fac. ubi text. ille uidetur probare, quod filij a contrario sensu conditionis uocarentur ad fructum paternum, hoc est ad hæreditatem patris ex ipsius patris iudicio, non autem ex tacito fideicommisso ex uerbis testatoris inducto. Quarto uidetur probari per l. potest, iuncta l. sequenti. ff. de uulga. & pupilla. ubi si testator habens plures filios impuberes institutos disposuerit in testamento, quod si omnes decedant ultimo superstite, quod tali ultimo postea decedenti substituit Titium, certe per illam dispositionem, si omnes decedant ultimo superstite, non uidetur ultimum superstitem substituere cæteris præcedentibus, sed ab intestato tantum uidetur uocatus, & dicit Bald. ibi quod ibi uidetur esse casus expresse per gloss. in dict. l. Lucius. la secunda. ff. de hæredibus instituendis. qui istam opinionem expresse firmat, & illam ibi sequitur Iacob. de Aren. Cyn. & Ray. de Forli. Bartol. Angel. de Perusi. & Ioan. de Imol. & Ioan. Andr. in additio. Speculat. in titu. de testamen. § 1. versicu. huic quæstioni accedit bimembris quæstio Petri de Ceruotis, & per consequens male & pessime allegauit Iacob. de Aren. Ioann. Andr. tenuisse contrarium, & hanc opinionem tenet Bartol. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla. & in l. si cum dotem in princip. ff. solu. matrimo. & in l. si sic. ff. de legat. 3. & sequitur Bald. in l. quod scitis. circa principium. C. de bonis quæ liberis, & in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate. in 15. colum. in uerbo, uenio ad secundum, scilicet ad successionem ab intestato. & Ioan. de Imo. in l. filius familias. § cum quis. ff. de leg. 1. & idem ibi tenet Paul de Cast. & dicunt præfati doctores hanc esse magis communem, & idem consuluit Pet. de Ancha. consi. 136. incip. principaliter ponderanda est forma substitutionis multiplex, prima de filio sine filijs ubi tenent hanc partem & allegat glo. fina. in d. l. Lucius. quam dicit tenere Cyn. Bartol. & Bald. ibi, & Io. And. in d. addi. in titu. de testamen. § 1. in pen. colum. & hanc sententiam firmauit idem Petr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Anchara. in alio consi. 19. incip. pro clariori decisione dubij, de quo supra in themate, vbi allegat gloss. in d. l. Lucius. & dicit quod per talia verba, si sine filijs decesserit, videtur potius testator respectum legitimarum hæreditatum inter nepotes conseruasse, quam omnes inuicem oneraſſe per fideicommiſſum, vt in dict. l. potest. & d. l. vel singulis. ff. de vulgar. & pupilla. nec de talibus filijs conditionaliter nominatis inducitur fideicommiſſum dict. l. Lucius. & vbi per Bartol. & Bald. facit clemen. vnica. de probatio. cap. si Papa. de priuileg. lib. 6. verba narratiua non dispositiue ponita non inducunt dispositionem, & adduco Petr. de Ancharan. in consil. 426. incipien. quod supra consultum & conclusum est per domi. excellentiſſimos legum Doct. vbi dicit, quod legis prouidentia circa tacitam coniecturam nepotem descendentium a filio grauato, non includit ipsos descendentes per modum substitutionis ipsorum directo, vel per obliquum, sed videtur de ipsis habita mentio sub conditione, vt si filius decesserit sine filijs vel liberis, & per consequens iure fideicommiſſi non veniunt, & allegat nota. in dict. l. Lucius. sed loquitur ibi de tacita, & non expressa, & idem tenet Petr. de Ancharan. in capitu. si pater. de testamen. lib. 6. & in capitu. licet de voto. & in capitu. in præsentia. in versicu. probatio. quæro, &c. & ibi dicit, quod ita consuluit Ray. de Forliuio. Quinto probatur per gloss. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. in verbo, defeciſſet. ibi dum glo. dicit, nec si habeni, & ita illam gloss. ad hoc ponderant, & sequuntur Ioan. de Imo. Pau. de Cast. & Ludoui. Roma. ibi dicit alias disputantur idem tenuiſſe, & probatur secundum eum etiam secundum Imo. in l. Lucius. ista conclusio per dictum §. ex facto. quia ibi si liberi viderentur vocati per fideicommiſſum ex testamento, sequeretur quòd superueniens deportatio in persona filij inſtituti non noceret. ff. de interdict. & releg. l. 2. & tamen nocet deportatio quoniam dicta hæreditas transfertur in fiscum si omnes intelligerentur substituti, non remaneret hæreditas apud fiscum simpliciter, sed cum onere reſtituendi filijs per fideicommiſſum. l. Marcellus. § fina. l. recusare. § fisco. ff. ad Trebellianum. & patet in dict. §. ex facto. in fi. & vide gloss. similem in glo. dict. l. Lucius. in l. si quis ita hæres inſtituatur. ff. de hæredibus inſtituendis. & Bartol. cum illa gloss. per transiuit. in rubri. C. de succeſ. edic. Sexto hoc sentit gloss. quæ consuevit allegari pro singulari. in dict. l. Lucius. la 2. in gloss. fina. quam sequuntur communiter Doct. ibi, & sic Dom. Maria. & alij consulentes male allegauerunt eam in contrariam partem. nam Cyn. & Ray. Bartol. Franc. Tigri. Nicol. de Neap. Bald. Angel. Raphа. Cuma. & etiam Imo. in dict. l. Lucius. & Ioan. And. in additio. Specul. in titu. de testamen. §. 1. versicu. huic quæstioni accedat bimembris quæstio. & Bartol. in dict. l. Centurio. in versicu. quæro vlterius, quid si testator dixit si filius deceſserit sine filijs tenuerunt hanc partem, & ibi etiam refert. ita tenuiſſe. Richar. Malumb. hoc idem voluit Oldrad. consil. 104. incipien. thema tale est, dominus canonicus, & c. ad si. consil. 52. & consil. 21. in fin. incipiente thema tale est, testator habebat fratrem vnum. Idem Bald. in dict. l. potest. per illum text. & in l. sequenti. ff. de vulgar. & pupilla. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. in vlti. colum. & in l. si emancipati. in 8. colum. C. de colla. & in l. cunctos populos. in 15 colum. C. de summa Trinitate. & in l. hæreditas ad Statutum. ff. de hæredibus inſtituendis. Pau. de Caſt. in l. ab eo. C. de fideicommiſ. Benedi. Capra. consil. 2. Ioan. And consi. 118. in fin. Imol. Raphа. Cuma. Paul. de Cast. in lectu. Bonon. in dict. l. filius familiæs. §. cum quis per illum text. ff. de legat. 1. & ibi dicit Raphа. Cuma. quòd ista est communis opin. hic Raphа. Fulgos. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu. & substitu. sub conditione sac. & ibi in pleriſque lecturis. & refert quod ita consuluit Petr. de Ancharan. Bartol. Salice. Petr. de Nouaria. & Dominus Franc. Zabarellus Cardinalis. & dicit Angel. in d. l. Lucius. quod ita in facto fuit iudicatum, & secundum istam partem infinitis vicibus consuluit Dominus meus in legibus Domi. Alexan. de Imo. consi. incipien. in suo præstanti consi. celeberrimi legum Doctoris Do. Ange. Aretini, vbi vna cum Domino Ange. consuluit pro hac parte. & idem voluit in lectu. in l. 1. C. de pactis. & d. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. & consil. 108. incipien. viso themate in primo volumine consiliorum, & in consil. 109. & in consi. 182. in 2. volu. & in consi. 195. incipiente viso. & c. in 2. volumi. & in consil. 13. in 4. volumi. hanc partem tenuit Dominus meus in canonibus Domini Barba. in repetitio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. vbi dicit hanc esse communem opinionem, licet ipse & male consuluerit contrarium, & adduco Pau. de Caſt. consil. 12. incipiente dubium facit, vbi consuluit secundum communem opinionem, & in consil. 76. incipiente viso dicto puncto, & dubijs. in 3. colum. & adduco etiam ad hoc Angel. Perusi. in l. si legatis. C. de lega. vbi dicit, quod si hæres granatur de reſtituendo hæreditatem, si deceſſerit sine filijs, non videntur filij substituti, quòd capiunt hæreditatem, vt hæredes patris inuentam in hæreditate paterna, vt decidit gloss. in dict. l. Lucius. Et tamen dicit aliquos consuluiſſe contrarium, quòd filij intelligantur substituti, & si ita esset, patet eorum grauatus hæreditatem, hanc alienare non posset tanquam subiacentem reſtitutioni, quod est absurdum secundum eum, & dicit se ita tenuiſſe in dict. l. Lucius. sequens communem opinionem. tamen in dict. l. legatis. dicit, quòd propter opiniones Doctorum adhuc lis erat sub iudice. Sed in dict. l. Lucius dicit, quòd fuit iudicatum secundum communem opinionem, & adduco eundem Angel. Perusi. in consil. suo 37. incipien. ad declarationem præsentis dubij, præmittendum est, in secunda colum. quem moderni non allegauerunt. quod si testator dicat. Si Seius mihi hæres non erit Titius hæres. esto. si Seius non reperitur, alius inſtituitur, & allegant not. in dict. l. Lucius. vbi per verba conditionaliter apposita de hæredibus, vel filijs, non videtur relinqui filijs vel hæredibus, quibus nihil nominatim relinquitur, vt scribit Bartol. in dict. l. Centurio. & in dict. l. si sic. de legat. 3. & in dict. l. Lucius. & probatur secundum eum in dict. l. si quis hæres. eod. tit. & vide eundem Angel. consil. 8. incipien. Do. And. & adduco Roman. consil. 430. incipien. in casu consultationis præsentis, & c. in verbo quo ad tertium dubitationis vel consultationis articulum vbi sentit. quòd ista verba, si omnes filij mei deceſserit absque filijs maſculis, faciunt conditionem, & non dispositionem ab eo, quòd filij exhæredati faciunt deficere conditionem per l. filius familiæs. §. cum quis. ff. de legat. 1. secundum intellectum quem sentit glo. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebellianum. & ideo sentit consi. 147. incipien. visis themate ac supra consultis. Septimo secundum aliquos probatur hæc conclusio in l. 1. C. de pactis. vbi habetur, quòd ille qui erat grauatus de reſtituendo partem hæreditatis sibi assignata in testamento sub conditione, si deceſserit sine liberis. faciat pactum tempore, quo non habet liberos de reſtituenda indiſtincte minori parte, quàm fuerit grauatus etiam si cum liberto deceſserit, & contingat eum postea habere filios tempore mortis, propter quod deficiebat conditio fideicommiſſi, non propter hoc minus seruabitur pactum. Et sic debebit reſtitui pars, de qua fuit conuentum non obstat, quòd existent liberi ex rogato de reſtituendo, quod non contingeret si ipsi liberi intelligerentur substituti, quia tunc in præiudicium eorum pactum non temuiſſet, per ea quæ habentur in l. fina. §. finautem in fin. & authen. res quæ. C. communia de leg. nec ad dictam l. primam obstat responsio data per Roma. in dict. l. si cum dotem. dicentem quòd vbi grauatus alienauit per illud pactum non vltra legitimam intelligitur alienasse, cum enim essent duo fratres legitima bonorum patris non erat, nisi triens iuſta authen. nouiſſima. C. de inofficio. testamento, & per consequens medietas trientis, quæ est sextans, & portio legitime alienantis fuit alienata, in qua non intelligebatur esse grauatus per fideicommiſſum. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento. & l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupillar. & cum hac responsione dicit se magnum Doctorem Romæ hunc passum disputantem conſuluiſſe, sed ista responsio sua nihil valet, quia illo iure non triens, sed quadrans erat legitima illorum duorum fratrum. l. cum quæritur. C. de inofficioso testamento. & per consequens si ille alienauerit sextantem totius hæreditatis, & sic duas vncias, sequitur quod alienat legitimam suam, quæ erat vna vncia rum dimidia tantum, & sic ibi videtur casus pro hac parte coniuncto text. in dict. l. cum quæritur. Octauo, probatur in l. iubemus. in verbo, idemque in retinenda. C. ad Trebellianum. iuncto princip. l. vbi enim imperator posuit casum, quòd si testator grauat filium inſtitutum de reſtituendo alteri filio testatoris sub conditione si ipse grauatus deceſserit sine liberis, potest grauatus de reſtituendo detrahere quartam absque eo. quòd fructus quos perceperit, in ea computantur, postea dubitat Imperator in verbo idem esse, si testator rogauerit filium de reſtituendo nepotibus, scilicet vt fructus non computentur in Trebellianicam, quia cum in præcedenti versu. faciat mentionem de filio grauato reſtituere filijs, iure fideicommiſſi, videtur quòd eodem iure ipse non vocaretur ex illis verbis si sine filijs deceſserit, positis circa filij inſtitutionem, prout colligitur ex prima parte illius legis, & ita inducit ad propositum Raphа. Fulgos. in dict. l. iubemus. Nono probatur per l. posthumorum. versicu. ne ergo. ff. de iniuſto rupto & irrito testamento. & in dict. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liberis & posthumis. vbi Caius & Sceuola referentes substitutionem nepotis factam sub illis verbis, si filius meus me viuo moriatur, dicunt necessariam fore filij inſtitutionem, ne irritetur testamentum. ergo filius a contrario sensu non intelligitur inſtitutus. Decimo probatur. in dict. l. Gallus. §. idem credendum. §. etiam in verbo, ita sane. ff. de liberis & posthumis. vbi est expressum, quòd ex istis verbis, si nepos meus me viuo moriatur, pronepos ex eo, qui post mortem meam mihi nascatur. non videtur inſtitutus nepos a contrario sensu, si me viuo non deceſſerit, & per consequens si talis nepos nascatur auo inter primum suitatis gradum, rumpitur testamentum ergo idem videtur dicendum in casu nostro vt licet testator dixerit, si sine filijs deceſserit non iudicantur a contrario sensu filij per substitutionem vocati. Vndecimo prædicta conclusio videtur probari per text. in l. si quis cum. § fina. ff. de vulgar. & pupillar. vbi testator dixit, si me viuo filius meus decedat, & per consequens non sit hæres, nisi talis hæres esto, quòd huiusmodi testamentum per existentiam filij est nullum, ergo sequitur quòd a contrario sensu filius non reperiret se præteritum. Duodecimo hæc conclusio videtur probari per text. in l. ex facto etiam agitatum. ff. de hæredibus inſtituendis. vbi est expressum, quòd ex illis verbis, si mihi Seius hæres non erit, Sempronius hæres esto, a contrario sensu non videtur hæres inſtitutus. Sic ergo licet testator dixerit, si sine filijs deceſserit, non propterea a contrario sensu filij ex illis verbis intelligantur esse substituti. Decimotertio, hæc conclusio probari videtur, quòd inſtitutio hæredis debet proprie & non per coniecturas intelligi & sumi, vt est tex. no. in l. 1. ff. si tabu. testa. nul. exta. sed quod patet a contrario sensu, non expresse. sed per coniecturas sumitur, vt no. gloss. singul. in capitu. cupientes. §. quòd si per viginti. de electio. lib. 6. & est bonus text. in l. apud antiquos. C. de sur. capitu. cum Apostolica. de bis, quæ sunt a præla. in verbo indirecte. & ibi Domi. Abb. colligit, quòd sensus contrarius est subauditus, & interpretatus, non autem expressus, vnde dicit tex. quòd nomen hæredis debet palam exprimi & articulata voce, vt in l. iubemus. C. de testa. & in l. hæredes palam. ff. eo. vnde dicimus, q. substitutio est positio eius, quod est consequens ad inſtitutionem, ut in l. hæreditas ad Statu. ff. de hære. inſtit. Nec ob. l. cũ testamento. §. hęc uerba. eo. tit. ubi

